



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXXIII. Vtrùm liceat in Confessionibus generalibus, de peccatis aliàs confessis, diuidere Confessionem, & aliquod turpe, dicendo reliqua, subticere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

*Licetne in Confessionibus generalibus Quæstio
de peccatis aliàs cōfessis, diuidere Con- XXXIII.
fessionem, & aliquod turpe, dicendo
reliqua, subticere?*

QVI generalem totius vitæ Cōfessionem *Respōsio.*
instituit, nullum peccatum mortale
præterire potest. Quòd, si vel vnum non ma-
nifestet, ficta est Confessio & inanis: Si enim
cōstet Sacerdoti de generali pœnitētis Con-
fessione, & vnum celat, præterquàm quòd
Sacerdoti imponit, etiam sacrilegè menti-
tur, ac mortaliter peccat.

*Licetne diuidere Confessionem pecca- Quæstio
torum mortalium per obliuionē omis- XXXIII.
sorum in priori Confessione, quæ
occurrunt in proxima?*

QVI peccatorum mortalium, quæ non- *Respōsio.*
dū fuerit confessus, reus est, cò, quòd
eorum, dum confiteretur, esset oblitus, sic
diuidere potest Confessionem, vt Sacramē-
tum nihil prodest, vel sic diuidere, vt fructum
eius consequatur: Si enim diuidat Confes-
sionem ratione materiæ, siue peccatorū, ita,
vt proxima sua Confessione nō confiteatur
omnia sua mortalia, quorum antea oblitus
fuerat, tunc Sacramentum nihil prodest:
G Verum,